

QK  
517  
21.

X 186 2320

2339

II h  
884

DISSERTATIO  
DE  
EQUO TROJANO,  
ELEGANTI  
SCHOLARUM  
SYMBOLO,

QUA  
AD BENIVOLE AUSCULTANDAS  
TREIS  
VALEDICTORIAS,  
CRASTINO DIE PUBLICE RECITANDAS  
SUBMISSE, OFFICIOSE AC PERAMANTER INVITAT

M. JOHANNES SEBASTIANUS  
Mitternacht / P.L.C. ILLUSTRIS RUTHE-  
NEI, QUOD GERAЕ EST,  
RECTOR.

\*\*\*\*\*

J E N Æ.  
EX TYPOGRAPHICO LOBENSTEINIANO.  
ANNO MDCCCIII.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



DSSERTATIO  
DE  
EQUO TROJANO  
SCHOENIARUM  
SYMBOLO

AD BENIGNOLAE ASCULTANDAS  
TRIS

VALLECTORIAS  
CRISTIANO DIE PUBLICAE REGE

ANNO 1717  
M. DCC. XVII.

JOHANNES SEBASTIANUS  
M. DCC. XVII.

\*\*\*\*\*

I N E

EX TYPOGRAPHICO BOEHNSTENIANO.

ANNO MDCCIII.



בשם שמים



Mnium paenè perreptat ora  
 tritissimū illud de *equo Trojano cō-*  
*mentum*. Quò enim minus credā,  
 ligneum, prout Poëtae quidem  
 depingunt, equum à Graecis ae-  
 dificatum reverâ fuisse, facit sententiarū, quae  
 apud Auctores reperiuntur, divortium: quo-  
 rum nonnulli, agmen ducentibus Hygino &  
 Pausaniâ, (qui quidquid Graecia memorabile  
 habuit, magno Philologiae & Historiae stu-  
 diosorum bono, complexus fuit) opinantur,  
*machinam* quamdã fuisse, equi nomine adpel-  
 latam, subruendisq; muris Ilii exstructam. Alii,  
 ad Plinii mentem, peculiare quoddam *arietis*  
 genus, quod Epéus ad Trojam invenerit, exi-  
 stumant. Atq; iterum alii sunt, qui *portam* quã-  
 dam, cujus insigne fuit EQUUS PICTUS,  
 substituunt, quamq; Antenor, patriae prodi-  
 tor, Graecis aperuerit. Quin praeter istas opi-  
 nionum perplexitates nonnemo *praelium eque-*  
*stre* fuisse arbitratur, quò victi Trojani fuerint,  
 & Ilium subruerit excisum. Tandem à monte  
 A 2 Hippius,

Hippio, post quem latentes Graeci in insidiis urbem opprēsserunt, originem fabulamenti quidam arcessunt. Verum enim verò uti summa est suspicionum varietas; sic in proverbium EQUUS TROJANUS abiit, & quod C. Rhodiginus (a) monet, usurpari coepit pro societate, non in pernitiē dumtaxat cujusciam ini-  
 (a) lib. XXIX antiq. lect. c. XXIV. p. m. 748. *tâ, verum & ad bonam frugem aliquam: id quod* velex solius Ciceronis, Viri supra omnem & meam & quorum cumq; laudem positi, calculo evadit liquidissimū, adferentis, *ex Isocratis ludo, tamquam ex Equo Trojano, innumeros exiisse Principes, quorum alii in pompâ, in acie alii illustres esse voluerunt.* (b) Idcirco, quū REUTERI, fratres, nostri hactenq; discipuli valedicturi Geranis jã sint Musis, in mentē nobis etiã venit decantatissimq; ille Equus, an famq; suppeditavit, *ut Scholas, provinciales praesertim, & Gymnasia celebriora cōparatū i verimus cū fabuloso illo, ingeniosissimè tamē excogitato quadrupede. Et quia Trojae oppositus Equus ille fuit, praemonēdū ante omnia reor, nos sub Trojae nomine intelligere libidinosorū, aliorumq; nebulonū stabulū foedisimum, Paridisq; adulteri domicilium. Ut enim Equo isto expugnata fertur*  
 (c) II. Aeneid. vers. 265. *Troja, quam Poëta-urbem somno vinoq; sepultam vocat, (c) & interfectus Alexander sive Paris;*

Paris; ita per Christianorum Scholas vitiosorum  
hominum abominanda subvertitur colluvies,  
& libidinosissimus Romanus ille Alexander  
paulatim interimitur, de cujus infando pruritu  
Lucretiae testatur epitaphium:

Hoc jacet in tumulo Lucretia nomine,  
sed re

Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

(d) Atq; istud suffragatur poëmation:

Humana jura, nec minus coelestia,

Ipsosq; sustulit DEOS,

Cui scilicet licebat (heu scelus!) patri

Natae sinum permingere:

(d)  
Phil. Mor-  
naeus my-  
ster, Iniq.  
p. 1324.

Deinceps Trojanus ille Equus Minervae sive  
armatae illius Palladis inventum fuisse dicitur,  
unde ita de illo Poëtarum Ausoniorum aquila:  
— — equum divinâ Palladis arte (e)

Aedificant, — (f) immò conceptis, ut a-  
junt, verbis eundem

— — innuptae donum exitiale Minervae (g)  
adpellat. Ad eundem planè modum non hu-

manum inventum pias esse Scholas, sed ab  
ipso supremo Numine trahere primam origi-  
nem; neminem fortasse tam in sacris divini  
juris pandectis hospitem aestumo inventum

(e)  
h.e. confi-  
lio Deae,  
ut expo-  
nit Taub.  
Euripides  
in Troad.  
μηχαναί-  
σι παλλά-  
δος. Et  
Pallas i-  
psa, apud  
Calabrum  
lib. XII.

A 3

ἀνώγει τεύξαι δέρον Ἴωπον. Tryphiodoro ait, ex structū fuisse equum.  
βελῆσι θεῆς, Homerus verò Odyss. θ. σὺν ἀθήνη. (f) II. Aeneid.  
v. 15. 16, (g) Aen. v. 31,



iri, qui negatum eat. Ac certè nisi divinus foret Scholarum ortus, non tam expositae illae essent insidiosissimis Diaboli machinamentis; non tam exosae malis universis; non tam multigeneribus exercerentur calamitatibus. Quì enim Diabolus, ac Diaboli mancipium mundus, quod sui generis sit, aut saporis, tam inexplicabili persequeretur odio? Ut verò Trojanus ille Equus non ipsis Minervae manibus aedificatus fuit, sed structuram suam Danais debebat, & cum primis Epéo (h) cuidam satis famigerabili, qui Panopei, genus suum ad Aeacum, Jovis filium, referentis, proles existimabatur, *ἰπποτέκτων* exinde, & *μηχανοποιός* dictus: ita summus ille, & infinitus JEHOVA populi sui Scholas non immediatè quidem extruxit aut aperuit; *Adamo* tamen originem suam ab illo ipso, quo de loquor, mundi Opifice trahenti injunxit, ut posteros suos in verâ veri Dei notitiâ erudiret, & divino sic aptos efficeret cultui. *Adami* exemplum secuti Sancti Patriarchae Chaldaeis & Aegyptiis auctores fuerunt extruendarum Scholarum, & imbuendae bonarum artium liquore juventutis. Quantò itaq; *Adamus*, quidpe ipsius DEI veri primùm per creationem, ac dein per adoptionem filius, antiquior

(h)  
H. Aen. v.  
264. ipse  
doli fabricator  
Epéus.

triquior est atq; praestantior Epéo, vel Pano-  
peo, vel Aëaco; tantò praestantiores, antiquio-  
resq; sunt piae & Christianae Scholae. Sed per-  
gemus, & rimabimur Equi Trojani materiam,  
quam his nobis divinus Maro verbis ostendit:

— sectâq; intexunt *abiete* costas: (i) nec  
non istis: (i)  
vers. 16.

(j) — cum jam hic trabibus contextus *acernis*  
Staret equus. — (k) Atq; ex hoc occa- (k)  
v. 112. 113.

sionem nacti sunt Politianus, & ex antiquio-  
rum concilio Propertius, (l) ut hunc ipsum (l)  
lib. IV. e.  
leg. I. Lae-  
ferat abie-  
gni ven-  
ter aperto  
equi. & lib.  
III. eleg. I  
Nam quis  
equo pul-  
sas abie-  
gno non  
sceret ar-  
ceis?  
Equum vocarent *abiegnum*. (m) Quamquam  
enim trabes, è quibus contexebatur, accernae  
essent, *costae* tamen sive statumina, (n) trabes  
vel tabulas intus connexura, erant *abiegna*. U-  
troq; verò ligno, h. e. & *abiegno* & *acerno* cum  
summam utilitatem, tum non exiguam hujus  
equi dignitatem latenter delineare nobis Poë-  
ta voluit. Ex *abiete* enim *Templa* etiam exstru-  
ebantur, quod praeter gentilium historias ipse

divinorum oraculorum codex subinnuit, cum (m)  
Confer.  
etiam M.  
Mart. My  
lii Hortu  
Philos. p.  
m. 300.  
ad Salomonéi templi structuram adhibitam  
fuisse *abietem* disertè adseverat. (o) Ex *abiete*  
*sortes*

(n) Sic Persius sat. VI. costas ratis, & Plin. lib. XIII. cap. IX. navium  
costas dixit. Confer etiam Turn. Advers. lib. XII. cap. V & lib. XXVI.  
cap. XXIII. (o) 1. Reg. IX. §. 11. לִּיְהוָה לְעֹלֵם h. e. ligna abietum.  
LXXII. ξύλα πένικνα Luth. Tannenbeume, Vide etiam 1. Reg. V. §. 10.  
cap. VI. §. 15. & 2. Paral. II. §. cap. III. §.



(p) *Sortes* olim fiebant, quibus suum cuiq; sine li-  
 tigii reciprocatione distribuebatur (p) Ex  
 Plaut. in *abiete naves* aedificantur. Est enim arbor *ναυπη-*  
 Casin. Nū *γισμ*, quam exinde Statius *audacem* vocat,  
 ista aut *γισμ*, quam exinde Statius *audacem* vocat,  
 populna (q) quòd naves ex illâ factae praesentissimis se  
 fors, aut (q) quòd naves ex illâ factae praesentissimis se  
 abiegna maris procellosi periculis committant. A hoc  
 est tua? ipsum est, quod Partheniam impulit, ut na-  
 Vide vem solâ abietis voce alicubi exprimeret. (r)  
 Taubm. Quid, quod in versibus Euripidis, qui in ope-  
 in h. l. & re Ciceroniano leguntur conversi, (s) per tra-  
 Lambin. beis *abiegnas* Argo navis ex fertè describatur?  
 in h. l. itē Quamvis enim apud Euripidem (t) non *ἐλάτη*,  
 Camerar. sed *πέυκη* inveniatur, ex translatione tamen  
 in cap. I. LXVII. senum patet, *πέυκην* non infrequenter  
 Act. A- (q) LXVII. senum patet, *πέυκην* non infrequenter  
 postol. poni pro *ἐλάτη*. (u) Itaq; & Virgilius, quem e-  
 lib. VI. quum *abiegnum* delinearat, hunc infra (x) *pineae*  
 Thebaid. (r) *claustra* vocavit. Ad quid verò haec inquires:  
 II. Georg 68. Nimirum ut videamus per equum *abiegnum*  
 (s) depictas nobis fuisse Scholas. Annon enim  
 I. II. Rhe- existis aedificatur *Templum* Domini, quae est  
 tor, ad Herenn. Ecclesia? Hae certè Archiepiscopos suffici-  
 (t) unt nobis, Episcopos, Superintendenteis, Pa-  
 in Medea. stores, verbi divini felicissimos interpretes,  
 (u) Diaconos, & quidquid erudiendae plebi ne-  
 Vide i. cessarium videtur. Annon ex his, quas Scholas  
 Reg. IX. II adpellitamus, illos agminatim proruere cerni-  
 (x) mus,  
 vers. 258.



mus, quibus ceu certis quibusdam *sortibus* su-  
 um cuiq; tribuitur? Hos verò Jctos esse, no-  
 verunt omnes, qui ultra imperitum vulgus sa-  
 pere noverunt. An non è Scholis prodeunt  
*naves*, h.e. varia illa juventa, quibus rei fami-  
 liaris domestica navis mirum in modum am-  
 plificari potest atq; locupletari? Scholae etiam  
 sunt, quae orbem transmarinum mercatori-  
 bus ostendunt, ingenteisq; illas Asiae, Africae  
 ac utriusq; Americae, Australis videlicet & Bo-  
 realis, divitias commendant. Ne verò *aceris*  
 videamur obliti, pauca, de eâdem dicemus ar-  
 bore. Materia enim fuit tabularum, asserumq;  
 quibus coagmentatus Trojanus ille equus nar-  
 ratur. Ligno *acerno* Naturae ille Secretarius  
 ac Mystes Plinius (y) hoc adscribit eulogium,  
 quod *operum elegantia ac subtilitate cedro secun-*  
*dum sit.* Ac jam olim *mensae* celebrabantur *acer-*  
*nae*, praecipuis apud Martialem, (z) qui *lautas*  
*acerno ligno dapeis* imponi suetas inuit, ipsam-  
 q; arborem sic loquentem fingit :

(y)  
lib. XVI.  
cap. XV.

(z)  
lib. XIV.  
epigram.

Nō sum crispa quidē, nec sylvae filia Maurae,  
 Sed norunt lautas & mea ligna dapeis.  
 Nec tacere heic possumus rationem adpella-  
 tionis, quam ingeniosissimus ille N. Perottus  
 ex acutae, quâ pollebat, mentis *rapina* quomdã

B pro-



(a) promebat, *acer*, inquiens, arbor, quod *acria* in  
 Vide Cor. eâ artificum ingenia exerceantur. (a) Ideam  
 nu cop. haec subministrant Scholarum longè exactis-  
 edit Ge- simam. Quid enim? Annon in his, & ex his-  
 nete & Ba- dem *operum elegantia ac subtilitas*? Annon pro-  
 fileens. xumū & secundum à Cedro Ecclesiasticâ (β) locum  
 col. 234. obtinent? An dulciores *dapes*, lautioresq; alibi  
 lin. 6. (β) adponuntur iis, quas Schola confert? Haec  
 Perottus legit: *citro* enim praeter linguarum cardinalium delicias,  
 forsan ob artiumq; honestissimarum epulas, dulcissi-  
 litterarū mum illud verbi divini, purissimumq; nectar  
 affinitatē, mentibus ingenuis propinar. Haec verae ac  
 aut quod Plin. i ple solidioris voluptatis ambrosiâ immortalitati  
 lib. XIII. nos praeparat. Haec in omne vitae genus vel  
 cap. I. ce- ut Oceanum quemdam mundiciarum qua-  
 drum at citrū con- rumlibet eructat. Abi igitur, si frontem ha-  
 jungat. bes, & Trojanum illum Equum *costis abiegnis*,  
 Correctio ra tamen. *trabibusq; acernis* contextum Scholas nostras  
 Pliniani operis ex- examusim repraesentasse nega. *Formam* verò  
 exemplaria legunt: Equi, si perspexisse aveatis, ex *magnitudine* illa  
 Cedro. Cō conspicitur, *partiumq; ac membrorum dispositione*.  
 fer edit. *Illam* ex hoc poteris colligere, quod INSTAR  
 Basil. Si- MONTIS (γ) fuisse dicat, & *mole* admirabi-  
 gismundi lem (δ) fingat ille Poëta, cui aras Scaliger in ad-  
 Gelenii notis or- mirabili Poëtices opere jure statuit, & cujus  
 natam, αὐτό  
 quæ pro-  
 diit anno c15 15 LIV. (γ) II. Æn. vers. 15. Antiqui a. quidquid excede-  
 bat magnitudine, cum monte conferebant. Vide Schmidii notas in  
 Pind. Isthm. VI. p. m. 117. col. 1. (δ) vers. 32.

*αὐτόγραφον* in monasterio Laurislenfi se vidisse  
 Auctor Atlantis minoris profitetur. (ε) Cala- mihi Ccc.  
 bri (ζ) versus Equum modò μέγ' ἔργον, modò 3.  
*ἔργον ἀγνητόν*, modò ὀμβρομον ἔργον, modò μεγαλήτεα ἱπ- lib. XII.  
*πον* vocant, *Hanc* (η) autem equi naturalis effi- (η)  
 gies haut innuit obscure, cujus parteis hoc dis- scil. dispo-  
 positas videre situ licet, ut caput supremum, sitionem  
 medium venter, pedes deniq; imum fortian- partium  
 tur locum. Eadem membra, pluraq; praeterea (θ)  
 Trojano Equo Calaber attribuit, *caput*, videli- Argumē-  
 cet, *oculos* (quos Tryphiodorus ex gemmis fa- to hoc est,  
 ctos dicit, unum ex Beryllo, alterum ex Ame- ex Equo  
 thysto) *cervicem*, *jubam*, (& quidem ὡς ἑτερονικινυ- pestivè  
*μύνην*, ut Graeci mirarentur, quâ ratione esset properã-  
*ἐν δέσσει θυμός*) *dorsum*, *ventrem*, *caudam*, ac *pedes* dum esse,  
*equinos*, quos *ungulis* ex *testudine* (θ) factis in- juxta il-  
 structos dicit Tryphiodorus. Ad eundem lud: *ἄετι*  
 penitus modum INSTAR MONTIS ce- *de βεγάδε-*  
 lebriores sunt Scholae. Utenim eminùs vide- *ως*, quod  
 ri mons arduus & excelsus potest: ita Scholarũ proverbii-  
 fama non eminus duntaxat, sed in universo um Era-  
 propemodum orbe percrebuit, ut celebritate smus di-  
 hujus, illiusvè impulsu adolescentibus magno gnum esse  
 agmine advolitent, neq; locorum intercapedi- judicat,  
 ne quorum & quod o-  
 mibus  
 incidatur  
 columnis  
 pro tem-  
 ne plorum &

B 2

Scholarum foribus describatur, & quidem aureis notis: quod in prin-  
 cipalium aularum valvis depingatur, quod primatium in sculpatur an-  
 nulis, quod regiis in sceptris exprimatur, denique quod omnibus ubi-  
 que monumentis repraesentetur, propagetur, celebretur.



ne deterreri se patiantur. MOLES, quae Scholarum est, tanta existimatur, quanta quae maxima. Atque velut equus generosus & acer, qualem imitatus haut dubie Trojanus ille fuit, caput ultra fies, asinos, vaccas attollit, ac coelum quodammodo intueri meditatur: sic generosiores Praeceptorum (qui quasi quaedam Scholarum capita sunt) animi neque se in humum abjiciunt, neque humi reptanteis adolefcenteis terram respectare perpetuo permittunt; quin se, suosque erigunt, coelum meditantur, & EA, QUAE SURSUM SUNT, quaerere jubent, frequentissime ex Apostoli ore coetum adlo-

quentes: *εἰ δὲ συνηγάγητε τὰ Χεῖρῶν, τὰ ἄνω ζητεῖτε, καὶ τὰ*  
(Col. III. *ἄνω φεγεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.* (1)

1. 2. pro *ζητεῖτε* Syrus interpres habet: *سأل* h. e. *petite, postulate, orate, & quidem festinantes.* Radix enim *سأل* in Aphel Chaldaeis aliquando est festinare. Modus scilicet ostenditur, quo quaerendum. Elias Hutterus: *שאל* *solicite investigate, vel desiderate,* unde quod 1. Paral. XXI. §. 3. est *שאלו*, id 2. Sam. XXIV. §. 23. est *שאלו*. Porro pro *φεγεῖτε* Syrus habet *سأل*, quod in Opere Regio vertitur *sapite, Trost.* verò *cogitate.* Est autem *rationando cogitate,* atque ita quidem, ut *delectemini* coelestibus illis rebus. *سأل* enim aliquando est *adquiescere ac delectari* aliquâ re, & in Ethpahel *cogitare ac ratiocinari secum.* Vatablus in glossâ exponit: *animo volute.* B. Luth. *Trachtet nach dem/ das droben ist/* quâ phrasi ardencissimum aliquid cognoscendi vel adipiscendi studium Germani designant. Tigurini, Emserus, ac Dietenbergius: *Send des gesinnet/ das droben ist.* quia tamen hæc locutio non videtur satis commoda Dietenbergio, ex Lutheri translatione quasi *ἐπεζηγήσεως* loco addit: *vnd trachtet nach dem/ was droben ist.* Obscure Vetus Augustana

gustana translatio: empfinden die ding/ die da seind oben: Vetustior h̄c  
Noribergica: Last euch schmacken/ forsan quia sapere, quam vocem La-  
tinus adhibuit, aliquando est schmecken. Erasmus, Pagninus & Beza:  
*curate*, h. e. curas vestras adquirendis supernis impendite. Quid verò  
de hac versione sentiat Heinsius, Bezae in fide socius, vide in ipsius Exer-  
citat. lib. XII. cap. III. p. m. 468.)

Venter Scholarum (alia enim membra supe-  
rius notata brevitatis studio praeterimus) pot-  
est adpellari partim ipsum *aedificium*, quod uni-  
versum discipulorum coetum, velut intestina  
membra variis adsignata usibus, complectitur:  
partim discipulorum *memoria*, quae & recipit,  
quae Doctor proponit, & fideliter reposita  
velut concoquit, inque succum, quod ajunt, ac  
sanguinem convertit: partim *classes* inter pri-  
mam & imam quasi interjectae. *Pedes* denique  
Scholarum sunt discipulorum *labores*, & qui hos  
insequuntur, *profectus*. Ut enim promovemur  
pedibus, ac de loco in locum paulatim gradi-  
mur, & ingens gradiendo iter saepe numero  
absolvimus: Sic discipulorum labor est & profe-  
ctus ac incrementum, quo promoventur ipsi,  
& è scholis tandem, à trivio quas dicimus, ad  
Academias evolare queunt. Qui verò aetate  
saltem ac proceritate corporis, neque, ad Chri-  
sti exemplum, σοφία καὶ χάρις τὸ πρὸς θεῷ καὶ ἀνθρώποις  
crescunt & proficiunt, (x) illi aut numquam,  
aut cum irreparabili suo ipsorum damno in

(x)  
Luc. II. 5.  
ultim.

B 3

Aca-



Academias transmittuntur.

Ab Equi for-

*má* ad ejusdem transimus *fortunam*, quam ante-  
quam intra moenia reciperetur, expertus fuit  
admodum foevientem. Fuerunt enim, qui

(λ)  
vers. 246.

*monstrum infelix* adpellarent: (λ) fuerunt, qui  
suaderent, has Graecorum *insidias*, *suspecta*q;  
*donā praecipitare pelago*, fluctibusq; equum ab-

(μ)  
vers. 36.37.

forbendum propinare: (μ) fuerunt, qui jube-  
rent, Vulcano illum sacrificare, *subjectis*q; *exu-*

(ν)  
vers. 37.

*rere flammis*: (ν) fuerunt, qui dicerent, *tere-*  
*brandum* esse, ac quibuscumq; modis perforan-

(ξ)  
Homer.  
Odyss. θ.

dum: (ξ) fuerunt, qui consultum ducerent,  
machinam isthanc è monte praecipitem de-  
turbare, quod Homer⁹ (ο) his exprimit verbis:

ἢ ἐ δια-  
μηξαι κοῖ  
λον δορυ  
μηλεῖ  
χαλκῶ.

ἢ κτ' πετράων βαλέειν ἐρύσαντες ἐπ' ἀκρας. Immo ex *sum-*  
*má* etiam *arce* decurrens Laocoon, irâq; exae-

(ο)  
loco cita-  
to.

stuans (ita enim Donatus vocem *ardens* ex-  
ponit) — — validis ingentem viribus hastam

In latus, inq; feri curvū cōpagibus alvū

Contorsit — — (π) Ac Petronius refert

(π)  
II. Aen.  
vers. 50.  
si. 52.

ista de Laocoonte, nihil cum hastâ efficiente:

Iterū tamen cōfirmat invalidā manum,

Alta & *bipenni* latera pertentat. — —

Sors profectò, similima hujus, Scholas vexat  
atq; implicat. Sunt enim numero innumeri,  
qui aquâ potiùs & fluctibus obruenda, igne &

flam-

flammis abolenda, terebranda convitiis ac ma-  
 leficiis, prorsusq; demolienda pietatis haec &  
 Sapientiae ergasteria adopinentur, quam aut  
 erigenda, aut erecta perpolianda, aut perpoli-  
 ta favore magnatum communienda. Atq; to-  
 lerandum istud, ut asperum valdè sit ac trucu-  
 lentum fatum, foret, si indoctum & inglorium  
 vulgus tantùm agnosceret auctorem. Id verò  
 deplorandum modis omnibus, quod quan-  
 doq; *summâ ab arce* Scholastici nominis osores  
 acerrimi decurrant, contertâq; per vim hastâ  
 uno impetu amoliri Scholarum memoriam  
 enitantur, impatientes sumtuum, quos im-  
 pendi majores voluerunt. Isti, ut verbum,  
 quo cursum & conatum eorumdem Vates de-  
 scribit, aequiore judicii lance expendant, per-  
 velim. Disertè enim ait, ejusmodi *θεομάχες* ac  
 Scholarum hosteis **DECURRERE**, h. e. semetiplos  
 è sublimi dignitatis folio praecipites deturba-  
 re, atq; in extremum, sive imum opprobriamē-  
 ti barathrum dejicere. Nos verò meritò inex-  
 plicabili summi Patris bonitati devotas per-  
 solvimus gratias, quòd, quotiescumq; ex Au-  
 ditorio superiori Perillustrum ac Generosissi-  
 morum Dynastarum **RUTHENORUM**,  
 Dominorum nostrorum gratiosissimorum,  
*arcem*

(ε)  
De urbi-  
bus Germ.  
p. m. 271.

(σ)  
Il. Aen. 52  
uteroque  
recusso  
Insonuere  
cavae, ge-  
mitumq;  
dedere  
cavernae.

(τ)  
Stetit illa  
tremens  
vers. 52.  
Hostes  
autem  
Scholarū  
videbunt,  
εις ὄν ἐξε-  
κέντησαν,  
ut istud  
Joh. XIX.  
37. huc ad  
plicemus.

(υ)  
vers. 260.

(φ)  
vers. 329.

arcem multis partibus ornatam & firmatam (verba sunt Dresseri, (ε)) conspicimus, nullum Laocoontem decurrere videamus. Quô enim animo, quâ curâ, quâ sollicitudine salutem Gymnasii nostri promotum eat laudatissimus, & emolumento harum Dynasteiarum natus HEROS, id hujus chartae non capit angustia. Quod si tamen fors clancularii sint, qui per cuniculos hastam in latus nostrum velint contorquere, Equum Trojanum imitati, IN GEMISCEMUS, (σ) per totum mundum INSONABIMUS, ac vel TREMENTES per Dei gratiam, quae in nobis est, STABIMUS, (τ) triumphabimusq;. Ulteriùs Equi Trojani emolumentum exponemus. Patet hoc exinde, quòd, cum opus esset, & Graecorum salus postularret, *armatos milites*, atq; delecta illa virorum corpora patre factus *redderet*, (υ) & magnâ *funderet* copia. (φ) Similem in modum Scholae & Gymnasia adollescentis creditos non destruunt, sed instruunt; non perdunt, sed elegantiores produnt; non subruunt, sed vitiorum laqueis eruunt; non suffocant, sed fraude Satanae evocant; non spoliunt, sed poliunt; non pauperant, sed uberri-  
mis thesauris ditatos ad Parenteis ablegant.

At



At verò regerere possis: Si haec ita sint, ecquid  
 quaeso causae est, quòd è Scholis & Gymnasiis  
 non armati, sed inermes & enervati; non ho-  
 mines, sed stipites, asinisq; similiores quàm a-  
 nimis sapientiae praeceptis fideliter imbutis,  
 Parentibus non rarò remittantur? Noli autem  
 hoc mirari. Si enim, ut in Equum Troja-  
 num *delecta virorum corpora*; (x) sic in Scho-  
 las nostras ingeniosi, & prae caeteris selecti ju-  
 venes includerentur, illos etiam, litteris arma-  
 tos, & instructos, pietate remitteremus. Po-  
 steaquam verò stupidissimi, stultissimisq; stul-  
 tiores nobis obtruduntur, quid expectari à  
 nobis aliud potest, quàm anseres acceptos re-  
 ferri? Etsi enim omneis tuas in expoliendo  
 ejusmodi trunco ac fungo vigilias, curas, la-  
 bores impendas; nihil tamen proficies, sed  
 murem pro leone ostendes, nudamq; ac ina-  
 nem spem magno emes precio. Unicum tan-  
 dem memoriae succurrit; cohorteis videlicet  
 armatorum! Equo inditorum per *funem* ab E-  
 quo *demissum* lapsas descendisse, (ψ) quem si  
 neglectui habuissent, vitae utique praesentis-  
 simum incidissent periculum, ac vel omninò  
 non, vel mutilo fractoq; surrexissent corpore.  
*Funis* iste Praeceptorum Scholasticorum con-  
 sensus

(x)  
vers. 18.(ψ)  
vers. 262.

C

sensus

*sensus* est, & commendatio, quâ è Scholis inferioribus aliorum emittuntur, demittuntur ac dimittuntur adolescentes. Cum proinde Viri Amplissimi atq; Doctissimi Dn. ANDREAE REUTERI, Quaestoris Rhodensis Praefecturae Spectatissimi, Amici ac Fautoris mei honorandi, filii, nimirum VALENTINUS ANDREAS, & JOHANNES HEINRICUS, atq; cum istis CHRISTIANUS Jenner Hoënssteinâ-Misnicus, in Illustri Gymnasio nostro, velut Equo Trojano inclusi latitarint haëtenus, ac tempus nunc Dominus REUTERORUM Parens arbitretur imminere, quô emittendi, & pugnae (ω) Academicae immiscendi sint, ejusq; rei gratiâ litteris, amoris & benivolentiae testibus locupletissimis, ut consentirem, institerit; nolui ego oblectari VIRI votis. Itaq; suspensio publicè hoc *fune litterario* delabi sive discedere permisi, si tamen pro more Gymnasii fo- lenniter valedicentes suam benefactoribus comprobarent antè gratitudinem. Eapropter crastinâ, si DEUS concesserit, luce primus Historiarum. Secundus Jurisprudentiae, Tertius verò Philologiae studium commendaturi profectuum suorum prodent specimina, gra-

(ω)  
 Trojano  
 ex Equo  
 emisissis  
 Graecis  
 pugnan-  
 dum erat  
 acerrimè.  
 vers. 266.  
 seqq.

gratumq; declarabunt unicuilibet animum.  
 Ut autem hic illorum discesus paulò fiat ho-  
 norificentior, VOS, quoscumq; prae caeteris  
 Sapientiam excoluisse constat, submissè, offi-  
 ciosè, ac peramanter rogatos volo, ut cras cir-  
 ca IX. antemeridianam in Auditorio istius-  
 modi actibus destinato lubentes & frequentes  
 compareatis, vestroq; confesfu splendidissi-  
 mo, quo in Scholam sitis adfectu common-  
 etretis luculentissimè. Id quod honorificum  
 erit Amplissimo Parenti, nobisq; longè gra-  
 tissimum; atq; id agemus posthac, uti apud  
 gratos comparuisse videamini. P. P. Ge-  
 rac IIX. Eid. APRIL. Anni Mesfiani  
 clc lcc III.

F I N I S.



235


24 77 884

gratia; declaravit in hoc  
 Et autem hic illorum dicitur  
 non fecerit. V. O. quod  
 sapientiam excoluisse constat  
 ciosé, ac perinde rogatos volo, ut eas cir-  
 ca LX. antequam in Auditorio istius  
 modis debitis destinatis & frequenter  
 comparatis, vestros, consilia splendentis  
 ano, pro ut scholam suis adfectu commo-  
 stis luculentissime. Id quod honorificum  
 est Amplissimo Patenti, nos, sed longe gra-  
 tissimum, sed id agere possit, ut ab  
 gratos comparatis videantur. P. P. Ge-  
 126 LX. Eid. April. Anno MDCCLXXII  
 c. l. c. III.

F I N I S

107  
A





B.I.G.

Farbkarte #13



X 186 2320

2339  
II h  
884

DISSERTATIO  
DE  
EQUO TROJANO,  
ELEGANTI  
**SCHOLARUM**  
SYMBOLO,

*QUA*  
AD BENIVOLE AUSCULTANDAS  
TREIS  
VALEDICTORIAS,  
CRASTINO DIE PUBLICE RECI-  
TANDAS  
*SUBMISSE, OFFICIOSE AC PERAMAN-  
TER INVITAT*

**M. JOHANNES SEBASTIANUS**  
Mitternacht / P.L.C. ILLUSTRIS RUTHE-  
NEI, QUOD GERAE EST,  
RECTOR.

\*\*\*\*\*

J E N Æ.

EX TYPOGRAPHËO LOBENSTEINIANO.

ANNO c1b 13c III.

